



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Petiti Philosophi & Doctoris Medici, Miscellaneorum Observationum Libri quatuor

Petit, Pierre

Trajecti ad Rhenum, 1682

Caput VII. Insigne mendum ex eadem paraphrasi Themistii sublatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13245

lere jubere, hoc est, negligere omnino & floccifacere. Quod hæc sit mens Themistii, ex verbis Socratis apud Platonem in Phædone intelligi potest: Ἀπὸ δὲ θαυμαστῆς, ὡς ἔταρ, ἐλπίδ' ὡχόμην φερόμεν', ἐπειδὴ πρῶτων καὶ ἀναγιγνώσκων, ὁρῶ ἄνδρα τῷ μὲν οὐδὲν χρώμενον, οὐδὲ τινὰς αἰτίας ἐπαιτιώμενον εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πρῶγματα, ἀέρας δὲ καὶ αἰθέρας, καὶ ὕδατα αἰτιώμενον, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄτοπα. Ceterum ab hac, admirabili spe dejectus ferebare, o amice; si quidem procedens ultra legendo, hominem video, mente quidem nullo modo utentem, neque causas aliquas rerum compositionis atque ornatus assignantem, sed aëres ætheresque & aquas atque alia absurda multa causificantem. Sed quid Platonem adduco, cum perspicua sint Aristotelis verba lib. 2. physic. quibus respondet præsens locus Themistii. Ita enim ibi Aristoteles de Anaxagora, & Empedocle: Καὶ γὰρ καὶ ἄλλην αἰτίαν εἶπωσιν, ἴσον ἀφ' ἁμένοι χαίρειν ἑῶσιν, ὁ μὲν τὴν Φιλίαν καὶ τὸ νεῖκ', ὁ δὲ τὸν νοῦν. Etenim etiamsi aliam causam dicunt, solum tangentes valere sinunt: hic quidem litem & amicitiam, ille vero mentem.

CAPUT VII.

Insigne mendum ex eadem paraphrasi Themistii sublatum.

NEque istud mendum vidit Hermolaus, grave profecto, tametsi ex unius particulæ disjunctivæ transpositione: tam levibus momentis bonorum auctorum recta dicta in contrarium & absurdum sensum torquentur. Μετὰ ταῦτα σπεπλέον, πῶς ἐν τοῖς φύσει τὸ ἀναγκαῖον καὶ πρότερον τὰ φύσει γινόμενα ἀπλῶς δεῖ ἀνάγκης γίνεσθαι, ὡς τὸ τέλ' ἀπλῶς

ἔπεδαι τοῖς πρὸ αὐτῶν γινόμενοις, ἢ ὡς ἐνόμιζον οἱ Φυσικοὶ, ἐν ταῖς τῆς ὕλης κινήσεσιν ἔπεδαι τὰ γινόμενα δεξιᾶ ἀνάγκης οἰόμενοι. ἔστι μὲν πῶς τὸ ἀναγκαῖον ἐν τοῖς Φυσικοῖς, οὐχ οὕτως δὲ ὡς ἐκεῖνοι λέγουσιν. &c. Hermolaus : Post hæc discutiendum videtur, quomodo sit in rebus, id quod quidam necessitatem appellant : Et utrum ea que natura sunt, ita fiant ex necessitate, ut ex precedentibus causis, constitutisque principiis orientur ; An ita ut Physici putaverunt, qui ex motibus materiae omnia evenire arbitrati sunt. Atque est quidem necessitas quadam in rebus naturalibus constituenda recipiendaque ; non tamen eo modo, quo illi constituunt. Qua lectione nihil absurdius : quippe qua similia omnino disjunguntur. Quis enim dicat, Τὸ ἀπλῶς γίνεσθαι δεξιᾶ ἀνάγκης τὰ φύσει γινόμενα (quod prius est membrum disjunctionis) opponi isti, quod disjunctiva copulatur deinceps ; Ἐν ταῖς τῆς ὕλης κινήσεσιν ἔπεδαι τὰ γινόμενα δεξιᾶ ἀνάγκης ? Sic emendo hunc locum post hæc, Τοῖς πρὸ αὐτῶν γινόμενοις, lego, ὡς ἐνόμιζον οἱ Φυσικοὶ, sublata disjunctiva ἢ, post autem ista, δεξιᾶ ἀνάγκης οἰόμενοι : eandem particulam repono ; ut fiat alterum membrum disjunctionis ; ἢ ἔστι μὲν πῶς τὸ ἀναγκαῖον. Ita enim opponetur & respondebit illi, Καὶ πότερον τὰ φύσει γινόμενα ἀπλῶς ἐξ ἀνάγκης.

CAPUT VIII.

Alia macula deterfa ex eadem paraphrasi. Hermolai versio notata.



Hemistii verba hæc sunt in Paraphr. ad lib. 8. Physic. quo loco ostenditur motum localem omnium aliorum natura esse primum : Οὐκ ἀρεὶ πρώτη Φορᾶς ἢ γένεσις· εἰ δὲ μὴ γένεσις, ἄλλῃ γὰρ ἀρ' αὐξήσις, καὶ ἀλλοίωσις δευτέρα ἐκείνης, καὶ